

Alte Drucke

**CONFESSIO FI=||DEI CATHOLICAE CHRISTIANA
AV=||thoritate Synodi prouincialis quæ habita est
Petr=||couiæ Anno M. D. LI. Mense Iunio ædita: || ...**

Hosius, Stanislaus

Cracoviae, 1553

EXPOSITIO DOMINICAE Orationis Authore Cypriano. Cap. LVIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150329

cio stolas habituri sunt, quia modo animarū tantū, tūc autē
 animarū simul & corporū gloria letabūtur, sed ad proban-
 dā sanctorū inuocationē, simul ad ostendendū quod orati-
 ones nostras sancti cognoscant dicta sufficiant. Nunc Cy-
 prianum orationem dominicam explicantem audiamus.

EXPOSITIO DOMINICAE
 Orationis Authore Cypriano. Cap. LVIII.

Evangēlica praecepta fratres dilectissimi nihil
 sunt aliud, q̄ magisteria diuina, fundamenta
 aedificandae spei, firmamenta corroborandae
 fidei, nutrimenta fouendi cordis, gubernaculū
 la dirigendi itineris, praesidia obtinendae salutis, quae dum
 dociles credentium mentes in terris instruunt, ad coelestia re-
 gna perducunt. Multa & per Prophetas seruos suos dici
 Deus voluit & audiri: sed quanto maiora sunt quae filius
 loquitur, quae Dei sermo qui in prophetis fuit, propria voce
 testatur: non iam mandans ut paretur venienti via, sed ipse ve-
 niens & viam nobis aperiens & ostendens, ut qui in tenebris
 mortis errantes improuidi & caeci prius fuimus, lucis gra-
 tia illuminati, iter vitae, duce & rectore domino teneremus.
 Qui inter caetera salutaria sua monita & praecepta diuina,
 quibus populo suo consulit, ad salutem, etiam orandi ipse
 formam dedit, ipse quid praecaremur monuit & instruxit.
 Qui fecit viuere, docuit & orare, benignitate scilicet, qua &
 caetera dare & conferre dignatus est, ut dum praece & oratio-
 ne quasi filius docuit, apud patrem loquimur, facilius audiamur
 iam

Mat. 10.

1048: 16.

Iam predixerat horā venire, quando veri adoratores patre
in spiritu & veritate, & impleuit, quod ante promiserat, vt
qui spiritum & veritatem de eius sanctificatione percepis-
mus, de traditione quoq; eius vere & spiritualiter adorem.
Que enim potest magis spiritualis esse oratio, quam vere
à Christo nobis data est, à quo nobis & spiritus sanctus mil-
lus est: vt aliter orare q̄ docuit, non ignorantia sola sit, sed
& culpa, quando ipse posuerit, & dixerit, Reñcitis manda-
tum Dei vt traditionem vestram statuatis. Oremus itaq;
fratres dilectissimi, sicut magister Deus docuit. Amica &
familiaris oratio est Deum de suo rogare, ad aures eius ascē-
dere Christi orationem. Agnoscat pater filij sui verba, cum
precem facimus, qui habitat intus in pectore, ipse sit & in
voce. Et eum ipsum habeamus apud patrem aduocatum
pro peccatis nostris, quando peccatores pro delictis nr̄is
petimus, aduocati nostri verba promamus. Nam cum di-
cat, quia quodcunq; petieritis à patre in nomine meo, dabit
vobis, quanto efficacius impetramus, qd̄ petimus in Chri-
sti nomine, si petamus ipsius oratione. Sit autē orantibus
sermo & precatio cum disciplina, quietem continens & pu-
dorem. Cogitemus nos sub conspectu Dei stare. Placendū
est diuinis oculis & habitu corporis & modo vocis. Nam
vt impudens est clamoribus strepere, ita contra congruit
verecundo modestis precibus orare. Deniq; magisterio suo
dominus secrete nos orare præcepit, in abditis & secretis,
vel semotis locis, in cubiculis ipsis, quod magis conuenit fi-
dei, vt sciamus Deum ubiq; esse præsentem, audire omnes
& videre, & maiestatis suæ plenitudine, in abdita quoq; &
occulta

occulta penetrare, sicut scriptum est. Ego Deus approxi- *Hiere. 23.*
mans, & non Deus de longinquo. Si absconditus fuerit ho-
mo in absconditis ergo ego non videbo eum. Nonne coelū
& terram ego impleo. Et iterū. In omni loco oculi Dei spe-
culantur bonos & malos. Et quando in vnum cum fratri-
bus conuenimus & sacrificia diuina cum Dei sacerdote ce-
lebramus, verecūdiæ & disciplinæ memores esse debemus.
Non passim ventilare preces nostras inconditis vocibus,
nec petitionem commendandam modeste, Deo tumultuo-
sa loquacitate iactare. Quia Deus non vocis sed cordis au-
ditor est. Nec admonendus est clamoribus, qui cogitatio-
nes videt, prouocante domino & dicente. Quid cogitatis *Luce. 15.*
nequam in cordibus vestris. & alio loco, Et scient omnes *Hiere. 17.*
Ecclesiæ, quia ego sum scrutator renis & cordis. Quod An-
nia in primo Regnorum libro Ecclesiæ typum portans cu-
stodit & seruat, quæ dominum non clamorosa petitione, sed
tacite & modeste, intra ipsas pectoris latebras præcabatur
Loquebatur prece occulta, sed manifesta fide, loquebatur
non voce sed corde, quia sic sciebat Deum audire, & impe-
trauit efficaciter quod petijt, quia fideliter postulauit. *De. 1. Regum. 17.*
clarat scriptura diuina quæ dicit Loquebatur in corde suo
& labia eius mouebantur & vox eius non audiebatur, &
exaudiuit eam Deus. Itē legimus in psalmis. Dicite in cor- *psal. 43.*
dibus & in stratis vestris & transpungimini. Per Hieremiā *Hiere. 29.*
quoq; hæc eadem spiritus sanctus suggerit & docet dicens.
In sensu autem tibi debet adorari Deus. Adorans autem
fratres dilectissimi nec illud ignoret, quemadmodum in
templo cum Phariseo & Publicanus orauerit, nō alleuatis
Mmm impuden-

impudenter ad cœlū oculis, nec manibus insolenter erectis
pectus suum pulsans, & peccata intus inclusa contestans,
diuinæ misericordiæ implorabat auxilium. Et cū sibi Phari-
seus placeret, sanctificari hic magis meruit, qui sic orauit,
qui spem salutis non in fiducia innocentiae suæ posuit, cum
innocens nemo sit, sed peccata confessus humiliter orauit,
& exaudiuit orantem qui humilibus ignoscit. Quæ domi-
nus in Euangelio suo ponit & dicit. Homines duo ascende-
runt in templum adorare, vnus Phariseus & alter Publica-
nus. Phariseus cum stetisset talia apud se precabatur. Deus
gratias tibi ago, quia non sum sicut ceteri homines, iniusti,
raptores, adulteri, quomodo & Publicanus iste, ieiuno bis
in sabbato, decimas do de omnibus quæ possideo. Publica-
nus autem de longinquo stabat & nequē oculos volebat ad
cœlum leuare, sed percuciebat pectus suum dicens: Deus
propicius esto mihi peccatori. Dico vobis descendit hic ius-
tificatus magis in domū suam, q̄ ille Phariseus. Quia om-
nis qui se extollit humiliabitur, & qui se humiliauerit exal-
tabitur. Quæ nos fratres dilectissimi de diuina lectione di-
scantes, postq̄ agnouimus, ad orationem qualiter accede-
re debeamus, cognoscamus docente domino & quid ore-
mus. Sic inquit, orate. Pater noster qui es in cœlis. Sanctifi-
cetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat voluntas
tua sicut in cœlo & in terra. Panem nostrū quotidianū da
nobis hodie. Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos re-
mittimus debitoribus nostris. Et ne patiaris induci nos in
tentationem, sed libera nos à malo, Amen. Ante om-
nia pacis doctor atq̄ vnitatis magister, singulatim voluit
& priuatim

Matth. 23.

& priuatim precem fieri, vt quis cum precatur, pro se tantum, preceat. Non dicimus pater meus qui in cœlis es: nec panem da mihi hodie: Nec dimitti sibi tantum vnusquisq; delicta postulat, aut vt in tentationem non inducatur, atq; à malo liberetur, pro se solo rogat. Publica est nobis & communis oratio: & quando oramus, non pro vno, sed pro populo toto oramus, quia totus populus vnum sumus. Hâc Daniel. 5
 orationis legem seruauerunt tres pueri in camino ignis inclusi, consonantes, in prece & spiritus consensione concordantes. Quod declarat scripturæ diuinæ fides, & cum docet quomodo orauerint tales, dat exemplum, quod imitari in precibus debeamus, vt tales esse possimus. Tūc, inquit, illi tres quasi ex vno ore hymnum canebant, & benedicebant dominum. Loquebantur quasi ex vno ore, & nondum illos Christus orare docuerat, & idcirco orantibus fuit imperabilis & efficax sermo, quia promerebatur dominū, pacifica, & simplex & spiritualis oratio: Sic & Apostolos cū Actu 2
 discipulis post ascensum domini inuenimus orasse. Erant inquit, perseverantes omnes vnanimes in oratione cū mulieribus & Maria, quæ fuerat mater Iesu & fratribus eius. Perseuerabant in oratione vnanimes, orationis suæ & instantiam simul & concordiam declarantes. Quia Deus qui inhabitare facit vnanimes in domo, non admittit in diuinā & æternam domū, nisi apud quos est vnanimis oratio. Quæ Psalm 67
 lia aut sunt fratres dilectissimi orationis dominicæ sacramenta, quam multa, quā magna, breuiter in sermone collecta, sed in virtute spiritualiter copiosa: vt nihil omnino prætermissum sit, quod non in precibus atq; orationibus nr̃is

Mmm n̄

cœlestis

Mathei

6

Ioan. 1

Deu. 33

Math. 23

Mathe. 8

cœlestis doctrinæ compendio comprehēdatur. Sic ait, ora
te Pater noster q̄ es in cœlis. Homo nouus renatus, & Deo
suo per gratiam eius restitutus, pater primo in loco dicit,
quia filius esse iam cœpit. In sua, inquit, propria venit, & sui
eum non receperunt. Quotquot eum receperunt dedit illis
potestatem, vt filii Dei fierent, qui credunt in nomine eius.
Qui ergo crediderit in nomine eius, & factus est Dei filius
hinc debet incipere, vt & gratias agat & profiteatur se Dei
filium, dum nominat patrem sibi esse in cœlis Deum: con-
testetur quoq; inter prima statim natiuitatis suæ verba re-
nunciassē se terreno & carnali patri, & patrem solum nosse
se & habere capisse, qui sit in cœlis, sicut scriptum est: Qui
dicunt patri & matri, non noui te, & filios suos non agno-
uerunt, hi custodierunt præcepta tua, & testamentum tuū
seruauerunt. Item dominus in Euangelio suo præcepit, ne
vocemus nobis patrē in terra, quod sit scilicet nobis vnus
pater qui est in cœlis. Et discipulo, qui mentionem defun-
cti patris fecerat, respondit: Sine mortui mortuos suos se-
pelliant; dixerat enim patrem suum mortuum, cum sit cre-
dentium pater viuus, Nec hoc solū fratres dilectissimi ani-
maduertere & intelligere debemus quod apellemus patrē
qui sit in cœlis: sed coniungimus & dicimus: pater noster,
id est, eorum qui credunt, eorum qui per eum sanctificati,
& gratiæ spiritualis natiuitate reparati, filij Dei esse cape-
runt. Quæ vox etiā Iudæos perstringit & percutit, qui Chri-
stū sibi per prophetas ānunciatum, & ad se prius missū
non tantum spreuerunt infideliter, sed & crudeliter necae-
runt. Qui iam non possunt patrem Deum vocare, cum do-
minus

minus eos confundat & redarguat dicens. Vos de diabolo
 patre estis, & concupiscentias patris vestri vultis facere. *II Ioan. 8.*
 Ite enim homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit, quia
 veritas non est in illo. Et per Elaiam prophetam, Deus cla- *Esai. 1.*
 mat indignans. Filios genui & exaltaui, ipsi autem me spre-
 uerunt. Aguouit bos possessorem suum, & asinus praesepe
 domini sui, Israel autem me non cognouit, & populus me
 non intellexit. Vah gens peccatrix, populus plenus pecca-
 tis, semen nequam, filii scelesti. Dereliquistis dominum &
 in indignationem misistis, illum sanctum Israel. In quorum
 exprobrationem Christiani quando oramus, pater noster
 dicimus, quia noster esse coepit & Iudeorum qui eum reli-
 querunt, esse desint, nec peccator populus potest esse filius,
 sed quibus remissa peccatorum datur, eis filiorum nomen ascri-
 bitur, eis & aeternitas repromittitur domino ipso dicente.
 Omnis qui facit peccatum seruus est peccati. *Ioan. 8.*
 Seruus autem non manet in domo in aeternum, filius manet in aeternum.
 Quanta autem domini indulgentia, quanta circa nos dignati-
 onis eius & bonitatis ybertas, qui sic nos voluerit oratione
 celebrare in conspectu Dei, ut Deum patrem vocemus &
 ut est Christus Dei filius, sic & nos Dei filii nuncupemur.
 Quod nomen nemo nostrum in oratione auderet attinge-
 re, nisi ipse nobis sic permisisset orare. Meminisse itaque fra-
 tres dilectissimi & scire debemus, quia quando Deum pa-
 trem dicimus, quasi filii Dei agere debemus, ut quomodo
 nos nobis placeat de Deo patre, sic sibi placeat & ille de
 nobis. Conuersemur quasi Dei templa, ut Deum in nobis
 constet habitare. Nec degeneret actus noster a spiritu, ut
 Mmm in qui

1. Regum. 2
1. Cor. 6.

Leuiti. 20.

1. Corint. 6.

qui cœlestes & spirituales esse cœpimus, nō nisi spiritualia
& cœlestia cogitemus & agamus, quia & ipse Deus dixit:
Eos q̄ clarificant me clarificabo, & qui me spernit spernet.
Beatus q̄q̄ Aposto. in Episto. sua posuit. Nō estis vñ, ēpi
cū estis pratio magno, clarificate & portate Deū in corpo
re vestro. Post hoc dicimus. Sanctificetur nomen tuū. Nō
quod optemus Deo, vt sanctificetur oratiōibus nostris, sed
quod petamus ab eo, vt nomen eius sanctificetur in nobis.
Ceterum à quo Deus sanctificatur, qui ipse sanctificat: Sed
quia ipse dixit. Sancti estote, quoniā ego sanctus sum, ideo
petimus & rogamus vt qui in baptismo sanctificati sumus
in eo quod esse cœpimus perseueremus, & hoc quotidie de
precamur. Opus est enim nobis quotidiana sanctificatio:
ne, vt qui quotidie delinquimus, delicta nostra sanctifica
tione assidua repurgemus. Quæ autē sit sanctificatio, quæ
nobis de Dei dignatione confertur Apostolus prædicat di
cens. Neq̄ fornicari, neq̄ idolis seruiētes, neq̄ adulteri, ne
q̄ molles, neq̄ masculorum appetitores, neq̄ fures, neq̄
fraudenti, neq̄ ebrioli, neq̄ maledici, neq̄ raptores regnū
Dei consequentur. Et hæc quidē fuistis sed abluti estis, sed
iustificati estis, sed sanctificati estis, in nomine domini no
stri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri sanctificatos nos di
cit in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei no
stri. Hęc sanctificatio vt in nobis permaneat oramus, & q̄a
Deus & iudex noster, sanato à se & viuificato comminatur
iam non delinquere, ne quid ei deterius fiat, hanc continuis
orationibus precem facimus, hoc diebus ac noctibus po
stulamus vt sanctificatio & viuificatio, quæ de Dei gratia
sumitur

sumitur, ipsius protectione seruetur. Sequitur in oratione
 Adueniat regnum tuum. Regnum etiam Dei representari
 nobis petimus, sicuti & nomen eius, ut in nobis sanctificetur
 postulamus. Nam Deus quando non regnat, aut apud eum
 quando incipit, quod & semper fuit & esse non desinit. No-
 strum regnum petimus aduenire à Deo nobis repromissum,
 Christi sanguine & passione quaesitum, ut qui in seculo an-
 te seruimus, postmodum Christo dominante regnemus
 sicut & ipse pollicetur & dicit. Venite benedicti patris mei *Matthæi 25*
 percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mun-
 di. Potest vero fratres dilectissimi & ipse Christus esse reg-
 num Dei, quem venire quotidie cupimus, cuius aduentus,
 ut cito nobis representetur optamus. Nam cum resurrectio
 ipse nostra sit, qui in ipso resurgimus, sic & regnum Dei po-
 test ipse intelligi, quia in illo regnaturi sumus. Bene autem
 regnum Dei petimus, id est, regnum cœleste, quia est & ter-
 restre regnum, sed qui renunciauit iam sæculo, maior est, &
 honoribus eius & regno. Et ideo qui se Deo & Christo de-
 dicat, non terrena, sed cœlestia regna desiderat. Continua
 autem oratio & prece opus est, ne excidamus à regno cœ-
 lesti, sicut Iudei quibus hoc promissum prius fuerat, excide-
 runt, domino manifestante & probante. Multi, inquit, veni-
 ent ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham,
 Isaac, & Iacob in regno cœlorum. Filii autem regni expellen-
 tur in tenebras exteriores, illic erit ploratio & stridor denti-
 um. Ostendit quia ante filii regni Iudei erant, quando & fi-
 lii Dei esse perseverabant. Postquam cessauit circa illos nomen
 paternum, cessauit & regnum. Et ideo Christiani qui in or-
 ratione

Matthæi 8

ratione appellare patrem Deum cœpimus, nos & ut reg-
nū Dei nobis veniat oramus. Addimus quoq; & dicimus
Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra, non ut Deus fa-
ciat quod vult, sed ut nōs facere possimus quod Deus vult.
Nā Deo quis obstitit, quominus quo velit faciat. Sed quā
nobis à diabolo obstititur, quominus per omnia noster ani-
mus atq; actus Deo obsequatur, oramus & petimus, ut fiat
at in nobis voluntas Dei, quæ ut fiat in nobis, opus est volū-
tate Dei, id est ope eius & protectione, quia nemo suis vi-
ribus fortis est, sed Dei indulgentia & misericordia tutus ē.
Deniq; & Deus infirmitatem hominis, quem portabat, os-
tendens ait. Pater si fieri potest transeat à me calix iste. Et
exemplum discipulis suis tribuens, ut non voluntatem suā
sed Dei faciant, addidit dicens. Veruntamen non quod
ego volo, sed quod tu. Et alio loco dicit. Non descendi de
cœlo ut faciam voluntatem meam, sed eius qui me misit.
Quod si filius obaudiuit ut faceret patris voluntatē, quan-
to magis seruus obaudire debet ut faciat Dei voluntatem
sicut in Epistola sua Ioannes quoq; ad faciendam Dei vo-
luntatem hortatur & instruit dicens. Nolite diligere mun-
dum, neq; ea quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundū
non est dilectio patris in illo. Quia omne quod in mundo
est concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum,
& ambitio seculi, quæ non est à patre sed ex concupiscentia
mundi, & mundus transibit & concupiscentia eius.
Qui autem fecerit voluntatem Dei manet in æternum,
quomodo & Deus manet in æternum. Qui in æter-
num manere volumus, Dei qui æternus est, voluntatem fa-
cere

Mathe. 26.

1. Ioan. 2.

cere

cere debemus. Voluntas autē Dei est, quam Christus & docuit & fecit, Humilitas in conuersatiōe, stabilitas in fide verecūdia in verbis, in factis iusticia, in operibus misericordia, in moribus disciplina, iniuriam facere non nosse, & factū tollerare posse, cum fratribus pacem tenere, Deū toto corde diligere, amare in illo quod pater est, timere qđ Deus Deus est. Christo nihil omnino præponere, quia nec nobis ille quicquam præposuit, charitati eius inseparabiliter adherere, cruci eius fortiter ac fidenter assistere, quando de eius nomine & honore certamen est, exhibere in sermone constantiam quā confitemur, in questione fiduciam quā congregimur, in morte patientiam quā conamur, hoc est coheredem Christi velle esse, hoc est præceptum Dei facere, hoc est voluntatem patris adimplere. Fieri autem petimus voluntatem Dei vt in cœlo & in terra, quod vtrunq; ad consumationem nostræ voluntatis p̄tinet & salutis. Nā cū corpus ē terra, & spiritum possideamus ē cœlo, ipsi terra & cœlum sumus, & in vtroq; id est, corpore & spiritu, vt Dei voluntas fiat oramus, Est enim inter carnem & spiritū colluctatio, & discordantibus aduersus se inuicem quotidiana congressio, vt non quæ volumus ipsa faciamus, dū spiritus cœlestia & diuina quærit, caro terrena & secularia concupiscit. Et ideo petimus impense inter duo ista ope & auxilio Dei concordia fieri, vt dum & spiritu & carne voluntas Dei geritur, quæ per eū renata est, anima seruetur. Qđ aperte atq; manifeste Apostolus Paulus sua voce declarat Caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim inuicem aduersantur sibi, vt nō

Nnn quæcunq;

quæcunq; vultis ipsa faciatis. Manifesta autem sunt facta
carnis, quæ sunt adulteria, fornicationes, immundicia, spurci-
cia, idolatria, veneficia, homicidia, inimicicia, contentiones
æmulationes, animositates, prouocationes, simulates, dis-
ensiones, hæreses, inuidia, ebrietates, comestiones, & his
similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniã qui talia
agunt regnũ Dei nõ possidebũt. Fructus autẽ sp̃s est, cha-
ritas, gaudiũ, pax, magnanimitas, fides, mansuetudo, conti-
nentia, castitas. Et idcirco quotidianis, imo continuis orati-
onibus hoc præcamur, & in cœlo & in terra voluntatẽ cir-
ca nos Dei fieri: quia hæc est voluntas Dei, vt terrena cœle-
stibus cædant, spiritualia & diuina præualeant. Potest etiã
sic intelligi fratres dilectissimi, vt quoniã mandat & mo-
net Deus etiã inimicos diligere, & pro ijs quoq; qui nos per-
sequuntur orare, petamus & pro illis qui adhuc terreni sunt
& nec dum cœlestes esse cœperint, vt & circa illos voluntas
Dei fiat, quam Christus hominẽ conseruãdo & redintegrã-
do perfecit. Nam cũ discipuli ab eo non iam terreni appel-
lentur, sed sal terra, & Apostolus primũ hominẽ vocet de ter-
ra limo, secundũ vero de cœlo, merito & nos qui esse debe-
mus patri Deo similes, qui solẽ suum oriri facit sup bonos
& malos, & pluit super iustos & iniustos, sic monente Deo
oramus & petimus, vt precẽ pro omniũ salute faciamus.
Vt quomodo in cœlo, id est, in nobis per fidẽ nostram vo-
luntas Dei facta est, vt essemus de cœlo, ita & in terra, hoc
est, in illis credentibus fiat voluntas Dei, vt qui adhuc sunt
prima natiuitate terreni, incipiãt esse cœlestes, ex aqua &
sp̃itu nati. Procedente oratione, postulamus & dicimus:
Panem

Matthæi.

2

Panem nostrum quotidianū da nobis hodie. Quod potest
 spiritualiter & simpliciter intelligi, q̄a & vterq; intellectus
 vtilitate diuina pficit ad salutē. Nā panis vitę Christus est
 & panis hic omniū nō ē, sed nr̄ est. Et quō dicimus pater
 noster, quia intelligentiū & credentiū pater ē, sic & panem
 nostrū vocamus, q̄a Christus noster, q̄ corpus eius cōtingi
 mus, panis est. Hūc autē panē dari nobis q̄tidie postulamus
 ne qui in Chr̄o sumus, & Eucharistiā quotidie ad cibū salu
 tis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dū ab
 stēti & nō cōmunicātes à cōlesti pane prohibemur, à Chri
 sti corpore separemur, ipso prädicēte & monēte. Ego sum
 panis vitę qui de cōelo descēdi, si q̄s ederit de hoc pane vi
 uet in aternū. Panē autē quē ego dedero, caro mea est, p̄ se
 culi vita. Qñ ergo dicit in aternū viuere, si q̄s ederit de eius
 pane, vt manifestū est eos viuere, q̄ corpus eius attingūt, et
 Eucharistiā iure cōmunicatiōis accipiūt, ita cōtra timendū
 est & orandū, ne dū q̄s abstētus separatur à Christi corpe
 p̄cul remaneat à salute, cōminēte ipso & dicēte. Nisi ederie
 tis carnē filiū hominis, & biberitis sanguinē eius, nō habebis
 tis vitā in vobis. Et ideo panē nr̄m, id est, Christū, dari no
 bis quotidie petimus, vt q̄ in Chr̄o manemus & viuimus, à
 sanctificatione & corpe eius nō recedamus. Potest vero &
 sic intelligi, vt q̄ seculo renūciamus, & diuitias eius & pom
 pas fidei gr̄a spiritualis abieciamus, cibū nobis tantū petā
 mus & victū, cū instruat dñs & dicat. Qui nō renūciauerit
 omnibus quę sunt eius, non pōt meus discipulus esse. Qui
 autē Christi cōcepit esse discipulus, secundum vocē magistri
 sui renūtiās om̄ibus, diurnū debet cibū petere, nec in longū

ioan. 6.

Lucæ. 14.

Nnn n̄ desideria

Matthei. 6

desideria petitionis nostrę extendere, ipso iterū dño præscribēte & dicēte. Nolite in crastinū cogitare, crastinus enī dñs ipse cogitabit sibi, sufficit dici malicia sua. Merito ergo Christi discipulus victū sibi in diē postulat, qui de crastino cogitare phibetur, quia & contrariū sibi fit & repugnās, ut queramus in seculo diu viuere, qui petimus regnū Dei v-

2. Timo. 6

lociter aduenire. Sic & beatus Apostolus monet, formans & corroborans spei nostrę ac fidei firmitatē. Nil, inquit, intulimus in hūc mundum, verum neq; auferre quid possumus. Habentes itaq; exhibitionē & tegumentū, his contenti simus. Qui autē volunt diuites fieri, incidunt in tentationē & muscipulas diaboli, & desideria multa & nocētia, quę mergūt hominē in pditionē & in interitū. Radix enī omnium malorū est cupiditas, quā qdā appetentes naufragauerūt à fide & inseruerūt se doloribus multis. Docet nō tantum contemnendas, sed & piculosas esse diuitias, illic esse radicē malorum blandientiū, cęcitātē mentis humane, ocula depredatione fallentiū. Vnde & diuicē stultū seculares copias cogitantē, & se exuberantiū fructuū largitate iactantē, redarguit Deus dicens. Stulte hac nocte expostulatur anima tua, quę ergo parasti cuius erūt? Letabatur stultus in fructibus nocte moriturus, & cui vita iam deerat, viz-

alias decepti
one

Luce 12.

stus abundantia cogitabit. Cōtra autē dominus perfectū & cōsumatū docet fieri, q omnibus suis vēditis, atq; in vñ pauperū distributis, thesaurū sibi cōdit in cœlo. Eum dicit posse seq, & gloriā dominicę passionis imitari, q expeditus & succinctus, nullis laqueis rei familiaris inuoluit, sed solutus ac liber, facultates suas ad dominum ante præmissas, ipse

Matthei 19

stus abundantia cogitabit. Cōtra autē dominus perfectū & cōsumatū docet fieri, q omnibus suis vēditis, atq; in vñ pauperū distributis, thesaurū sibi cōdit in cœlo. Eum dicit posse seq, & gloriā dominicę passionis imitari, q expeditus & succinctus, nullis laqueis rei familiaris inuoluit, sed solutus ac liber, facultates suas ad dominum ante præmissas, ipse

ipse

ipse quoq; comitat. Ad qd' vt possit vnusquisq; nostrum
 parare se, sic discit orare, & de orationis lege, qualis esse de-
 beat noscere. Neq; enim deesse quotidianus cibus potest
 iusto, cum scriptum sit. Non occidit dñs fame animā iusti.
 Et iterū iunior fui & senui, & non vidi iustum derelictū, nec
 semen eius querens panem. Itē dñs promittat & dicat. No-
 lite cogitare dicentes, quid edemus aut quid bibemus, aut
 quid vestiemur: hæc enim nationes quærunt. Scit aut pater
 vester, quia horū omniū indigetis. Quærite primū regnū &
 iusticiam Dei, & hæc omnia apponent vobis. Quærenti-
 bus regnū & iusticiā Dei omnia promittit apponi. Nam cū
 sunt Dei omnia, habenti dominū nihil deerit, si Deo ipse nō
 desit. Sic Danie li in leonū lacu iussu regis incluso, prandiū
 diuinitus procurat, & inter feras esurientes, & parcentes,
 homo Dei pascitur. Sic alitur Helias in fuga, & in solitudi-
 ne coruis ministrantibus, & volucris cibū sibi apportan-
 tibus, in persecutione nutrit. Atq; o humanæ maliciæ dete-
 standæ crudelitas, feræ parcut, aues pascunt, homines in-
 sidiuntur & sæuiunt. Post hæc & pro peccatis nostris depre-
 camur dicētes. Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos
 remittimus debitoribus nris. Post subsidium cibi, petitur &
 venia delicti, vt qui à Deo pascit in Deo viuat, nec tantum
 præsentī & temporali vitæ, sed & æternæ consulat, ad quā
 venire potest, si peccata donent, quæ debita dominus ap-
 pellat, sicut in Euangelio suo dicit. Remisi tibi omne debi-
 tū, quia me rogasti. Quam aut necesse, q̄ puidenter & salu-
 briter admonemur, quod peccatores sumus, qui pro pecca-
 tis rogare compellimur, vt dum indulgentia de Deo peti-

Pro. 10.
 Psalmo. 36.
 Matt. 6.

Dani. 14.
 3. Regum. 17

Matth. 18.

Nnn in cōsciē

1. Ioan. 1.

conscientiæ suæ animus recorder. Ne quis sibi quasi innocens placeat, & se extollendo plus pereat, instruitur & docetur peccare quotidie, dum quotidie pro peccatis iubetur orare. Sic deniq; & Ioānes in Epistola sua monet dicēs, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus & Veritas in nobis nō est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis & iustus est dominus, qui nobis peccata dimittat. In epistola sua vtrunq; complexus est, quod & rogare pro peccatis debeamus, & impetremus indulgentiam cum rogamus. Ideo & fidelē dixit dominū ad dimittenda peccata, fidem pollicitatiōis suæ reseruantē. Quia qui orare nos pro debitis & pētīs docuit, paternā misericordiā promisit, & veniā secururā. Adiunxit plane & addidit legē certa nos conditiōe & sponsiōe constringēs vt sic nobis dimitti debita postulemus, secūdū quod ipsi debitoribus nostris dimittimus, scientes impetrare non posse, qd' pro peccatis petimus, nisi & ipsi circa debitores nostros paria fecerimus. Idcirco & alio in loco dicit. In qua mensura mensi eritis in ea remetietur vobis. Et qui seruus post dimissum sibi à dño omne debitū conseruo suo noluit ipse dimittere, in carcerem religatur. Quia indulgere cōseruo suo noluit, quod sibi à domino indultū fuerat amisit. Quæ adhuc fortius Christus in præceptis suis, maiore cēsura suę vigore prædixit. Cū steteritis inq; ad orationē, remittite si qd habetis aduersus aliquē, vt & p̄r vester q in cœlis est remittat peccata vobis. Si aut vobis nō remiseritis, neq; pater v̄s q in cœlis est remittet pētā vobis. Excusatio tibi nulla in die iudicii supest, cū secundū tuā sententiā iudicaris, & quod feceris

hoc

Matth. 7.

Matth. 11.

hoc & ipse patiaris. Pacificos enim & cōcordes atq; vnā
 mes esse in domo sua Deus præcepit, & quales nos fecit na
 tiuitate secunda, tales vult renatos perseverare, vt qui filij
 Dei esse cœpimus, in Dei pace maneamus, & quibus vnus
 spiritus est, vnus sit & animus & sensus, sic nec sacrificium
 Deus recipit, Dissidentem ab altari reuertentē prius fratri
 recōciliari iubet, vt pacificis præcibus & Deus possit esse
 pacatus. Sacrificiū Deo maius est pax nostra, & fraterna
 concordia, & de vnitāte patris & filij & spiritus sc̃i plebs
 adunata. Neq; em̃ in sacrificijs, quæ Abel & Cain primi ob
 tulerūt, munera eorū Deus, sed corda intuebat, vt ille pla
 ceret in munere, qui placebat in corde. Abel pacificus & iu
 stus, dum Deo sacrificat Innocenter, docuit & ceteros, qñ
 ad altare munus offerunt, sic venire cū timore Dei, cū sim
 plici corde, cū lege iusticiæ, cū concordia pace. Merito ille
 dum in sacrificio Dei talis esset, postmodū sacrificiū Deo
 factus est, vt martyru primus ostendens, iniciaret, et sangui
 nis sui gloria dominicā passionem, qui & iusticiā habuerat
 & pacē. Tales deniq; à domino coronantur, tales in die iu
 dicij cum dño coronant, tales in die iudicij cū domino vin
 dicabuntur. Ceterū discordans & dissidens, & pacem cum
 fratribus non habēs, secundum qđ beatus Apostolus & scri
 ptura sc̃ta testat, nec si pro nomine Ch̃i occisus fuerit, cri
 men dissensionis poterit euadere, quia sicut scriptū est. Qui
 fratre suū odit homicida est, nec ad regnū cœlorum perue
 nit, vt cū Deo viuat homicida. Non pot esse cum Christo,
 qui imitator Iudæ maluit esse q̃ Christi. Quale delictū est,
 quod nec baptismo sanguinis potest ablui? quale crimen
 est

Gene. 4.

1 Ioan. 3.

est

est quod martyrio non potest expiari: Illud quoque necessa-
 rię admonet dñs, vt in oratiōe dicamus. Et ne patiaris nos
 iduci i tērationē. Qua in parte ostēdit nil cōtra nos aduer-
 sariū posse, nisi Deus ante p̄miserit, vt omnis timor noster
 & deuotio, atq; obseruatio ad Deū cōuertat, cū in tētatiōi-
 bus nostris nil malo liceat, nisi potestas inde tribuat, pro-
 bat scriptūra diuina quę dicit: Venit Nabuchodonosor rex
 Babilonię in Hierusalē, & expugnabat eam, & dedit eam
 Deus in manu eius. Datur aut potestas aduersus nos malo
 secundum nostra peccata, sicut scriptum est. Quis dedit in
 direptionē Iacob & Israhel eis qui predant illum: nonne
 Deus cui peccauerūt, & nolebāt in vñs eius ambulare, neq;
 audire legē eius, & superduxit sup eos irā animationis suę.
 Et iterū Salomone peccante, & a p̄ceptis & a vñs dñi re-
 cedente, sic positum est. Excitauit dominus Sathan ipsi
 Salomoni. Potestas vero aduersus nos dupliciter datur,
 vel ad p̄cā cum delinquimus, vel ad gloriā cum pro-
 bam, sicuti de Iob factū videmus, manifestāte Deo & di-
 cēte. Ecce omnia quęcunq; habet in manus tuas do, sed ip-
 sum caue ne tangas. Et dominus in Euangelio loquitur tē-
 pore passiōis. Nullā inqt, haberes aduersum me potestātē
 nisi data esset tibi desup. Qñ autē rogamus ne in tētationē
 incidamus, admonem infirmitatis & imbecillitatis nostrę
 dum sic rogamus, ne qs se insolēter extollat, ne qs sibi sup-
 be atq; arrogāter aliqd assumat, ne qs aut cōfessiōis, aut pa-
 siōis gloriā suā ducat, cum dñs ipse humilitatē docēs dixe-
 rit. Vigilate & orate ne veniatis in tētationē. Spiritus qdē
 prōptus est, caro autē infirma, vt dum p̄cedit humilis &
 summissa.

4 Regū 24.

Esaię 42.

3 Regū 2.

Iob 1.

Ioannis 19.

Marci 14.

summissa.

summissa cōfessio, & dat' totum dño, quicqd suppliciter cū
timore & honore Dei petiſ, ipsius pietate preſtet. Post ista
omnia in cōsumatiōe oratiōis venit clausula, vniuersas pe-
ticiones & preces nostras, collecta breuitate concludēs. In
nouissimo enim ponimus. Sed libera nos à malo, compre-
hēdentes aduersa cuncta quæ contra nos in hoc mundo
molit' inimicus, à quibus pōt esse fida & firma tutela, si nos
Deus liberet, si deprecantibus atq; implorātibus opē suam
preſtet. Qñ autē dicimus libera nos à malo, nihil remanet
quod vltra adhuc debeat postulari, cum semel protectio-
nē Dei aduersus malum petamus, qua impetrata, contra
quæ diabolus & mundus operantur securi ſtamus & tuti.
Quis enī ei de ſeculo metus est, cui in ſeculo Deus tutor ē?
Quid mirum fratres dilectissimi si oratio talis est, quā De-
us docuit, qui magisterio suo omnē pacē nostrā ſalutari ſer-
mone breuiavit? Hoc iam per Eſaiā pphetā fuerat añ pre-
dictum, cum plenus spiritu ſctō, de Dei maiestate ac pieta-
te loqueret'. Verbum cōsumās, inquit, & breuians in iusti-
cia, quoniā ſermonē breuiatū faciet Deus, in toto orbe ter-
rē. Nam cū Dei ſermo dñs nr̄ Iesus Christus omnibus ve-
nerit, & colligēs doctos pariter & indoctos, omni ſexui at-
q; ætati præcepta ſalutis ædiderit, præceptorū ſuorum fecit
grande cōpendiū, vt in disciplina celeſti diſcētū memoria
nō laboraret, ſed qd' eſſet ſimplici fidei neceſſarium, velo-
citer diſceret. Sic cum doceret qd' ſit vita æterna, ſacramen-
tū vite, magna & diuina breuitate, complexus ē dicēs. Hęc
eſt autē vita æterna, vt cognoſcant te ſolum & verum Deū
& quē miſiſti Ieſum Chriſtum. Itē cum de lege & pphetis
Ooo præcepta

Eſaiē. 10.

Ioan. 17.

Petrus

6 precepta prima & maiora decerpere. Audi, inquit, Israel, dñs Deus tuus, dñs vnus ē. Et diliges dominum Deum tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua: hoc est primum, & secundum simile huic. Diliges

Matthæi

7 proximum tuum tanq̃ te. In his duobus preceptis tota lex pendet & propheta. Et iterum. Quaecunq; volueritis vt faciāt vobis homines bona, ita & vos facite illis. Hæc est cū lex & propheta. Nec verbis tantum, sed & factis dñs orare nos docuit, ipse orās frequenter & deprecans, & quid facere nos oporteret, exempli sui cōtestatione demonstrās, sicut scriptum ē. Ipse autē fuit secedēs in solitudine & adorās. Et

Luce

19 iterum. Exiuit in montē orare, et fuit p noctās in oratiōe Dei

Matthæi

14 Quod si ille orabat, qui sine peccato erat, quāto magis peccatores oportet orare? Et si ille p totā noctē iugiter vigilās

Mar.

6 cōtinuis precibus orabat, quāto nos magis in frequēda oratiōe debemus nocte vigilare? Orabat autē dñs & rogabat, non pro se, quid em̃ pro se innocēs precaret? sed p delictis nr̃is, sicut & ipse declarat, cū dicit ad Petrū. Ecce satanas expetiuit vt vos vexaret quō triticū, ego autē rogaui p te, ne deficiat fides tua. Et postmodum p omnibus patrē deprecatur dicēs. Nō p his autē solū rogo, sed & p his q credituri sūt p verbū ipsorū in me, vt omnes vnū sint, sicut tu pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis sint. Magna dñi propter salutem nostrā benignitas pariter & pietas, vt nō contētus, q nos sanguine suo redimeret, adhuc pro nobis amplius & rogaret. Rogātis autē desiderium videte qd fuerit, vt quomodo vnū sunt pater & filius, sic & nos in ipsa vnitate maneam, vt hīc quoq; possit intelligi, quātum delinquat, q

Luce

22, lictis nr̃is, sicut & ipse declarat, cū dicit ad Petrū. Ecce satanas expetiuit vt vos vexaret quō triticū, ego autē rogaui p te, ne deficiat fides tua. Et postmodum p omnibus patrē deprecatur dicēs. Nō p his autē solū rogo, sed & p his q credituri sūt p verbū ipsorū in me, vt omnes vnū sint, sicut tu pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis sint. Magna dñi propter salutem nostrā benignitas pariter & pietas, vt nō contētus, q nos sanguine suo redimeret, adhuc pro nobis amplius & rogaret. Rogātis autē desiderium videte qd fuerit, vt quomodo vnū sunt pater & filius, sic & nos in ipsa vnitate maneam, vt hīc quoq; possit intelligi, quātum delinquat, q

Ioannis

17 pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis sint. Magna dñi propter salutem nostrā benignitas pariter & pietas, vt nō contētus, q nos sanguine suo redimeret, adhuc pro nobis amplius & rogaret. Rogātis autē desiderium videte qd fuerit, vt quomodo vnū sunt pater & filius, sic & nos in ipsa vnitate maneam, vt hīc quoq; possit intelligi, quātum delinquat, q

Vnitatem

vnitate scindit & pacē, cū p hoc & rogauerit dñs, volēs scz
 plebē suā vnire, cum sciret ad regnum Dei discordiā nō ve-
 nire. Qñ autē stamus ad orationē fratres dilectissimi, vigi-
 lare & incumbere ad p̄ces toto corde debemus. Cogita-
 tio omnis secularis & carnalis abscedat, nec qcq̄ tunc ani-
 mus q̄ id solum cogitet quod precat̄. Ideo & sacerdos añ
 orationē prefatiōe premissa, parat fratrum mētes, dicendo
 Sursum corda, vt dum responder plebs, habemus ad domi-
 num, admoneat̄ nihil aliud se q̄ dominum cogitare debe-
 re. Claudat̄ contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat
 nec ad se hostem Dei tpe oratiōis adire patiat̄: obrepit em̄
 frequēter & penetrat, & subtiliter fallēs p̄ces n̄as à Deo
 auocat, vt aliud habeamus in corde, aliud in Voce, cum in-
 tētiōe sincera dominum debeat nō vocis sonus, sed ani-
 mus & sensus orare. Quæ autē segnicia est alienari & capi
 ineptis cogitatiōibus & prophanis, cum dominum depre-
 caris, quali sit aliud qd̄ magis debeas cogitare, q̄ qd̄ cum
 Deo loquaris: Quō te audiri à deo postulas, cum te ipse nō
 audias: vis esse Deum memorem tui cum rogas, cum tu
 ipse memor tui non sis: hoc est ab hoste in totum nō caue-
 re, hoc est qñ oras dominum, maiestātē dei negligentia ora-
 tionis offendere, hoc ē vigilare oculis & corde dormire, cū
 debeat Ch̄rianus & cum dormit oculis, corde vigilare. Si-
 cut scriptum est ex plona Ecclesię loq̄ntis in cātico cāticor̄
 Ego dormio & cor meum vigilat. Quapropter solícite & *Can. 5.*
 caute apostolus admonet dicēs. Instate orationi vigilātes *Colo. 4.*
 in ea, docēs scz & ostendēs eos impetrare qd̄ postulant de
 Deo posse, quos Deus videat in oratiōe vigilare. Orantes
 Ooo ñ autē

Tobie. 12.

Actuum 10.

Esaia. 58:

autē nō infructuosus nec nudis prācibus ad Deū veniamus
Ineficax petitio est, cum prācat Deum sterilis oratio. Nā
cum omnis arbor nō faciēs fructum excidat, & in ignē mit
tat, utiq; & sermo nō habēs fructum pmereri Deum non
pōt, qui nulla opatiōe fecundus est. Et ideo scriptura diui
na instruit dicēs: Bona est oratio cum ieiunio et eleemolina
Nā q in die iudicij prāmium p opibus & eleemosynis red
diturus est, hodie quoq; ad orationē cum opatione veniēti
benignus auditor est. Sic deniq; Cornelius Centurio cum
oraret meruit audiri. Fuit faciēs multas eleemosinas in ple
bē, & semp orans Deum, hinc circa horā nonā orāti astitit
angelus testimonium reddens sui operis & dicens: Corneli
orationes tuæ & eleemosinæ ascenderunt ad memoriā cor
rā Deo. Cito orationes ad Deum ascendunt, quas ad Deū
merita nostri operis imponunt. Sic & Raphael āgelus To
bie oranti semper, & semper operanti testis fuit dicēs: Opa
Dei reuelare & confiteri honorificum est. Nā qñ orabas tu
& Sara, ego obtuli memoriā orationis vestræ, in conspectu
claritatis Dei. Et cum sepelires tu mortuos simpliciter, &
quia nō es cunctatus exurgere & derelinquere prandium
tuum, & abijisti & cōdidisti mortuū, & missus sum tētare te,
& iterum misit me Deus, curare te & Sarā nurū tuam. Ego
em sum Raphael, vnus ex septē āgelis iustis, qui assistimus
& conuersamur ante claritatē Dei. Per Esaia qu oq; dñs
āmonet & docet similia cōtestās. Solue inqt, omnē nodum
iniusticię, resolue suffocatiōes impotentiū cōmertiorū, dimit
te quassatos in reqē, & omnē cōsignationē iniustā dissipa.
Frāge esuriēti panē tuum, & egenos sine tecto induc in dor
mum

mun tuā. Si videris nudum vesti, et domesticos feminis tui
nō despicias, tunc erumpet tēporaneum lumē tuum, & ves-
timēta tua cito orient, & preibit añ te iusticia, & claritas
Dei circumdabit te. Tunc exclamabis, & Deus exaudiet te
dū adhuc loqueris dicet, ecce adsum: Adesse se p̄misit, et au-
dire & protegere se eos dixit, qui iniusticiā nodos de cor-
de soluentes, & eleemosynas circa domesticos Dei secund
eius p̄cepta faciētes, dū audiūt qđ De, p̄cepit fieri, ipsi
qđq; à Deo merentē audiri. Beatus Aposto. Paulus in neces-
sitate pressurę adiutus à fratribus opa quę fiūt, sacrificia Dei
dixit esse. Saturatus sum, inqt, recipiēs ab Epaphrodito ea
quę à vobis missa sunt, odorē suauitatis, sacrificio accepto
& placēte Deo. Nā qñ q̄s misereť pauperis, Deo fenerat,
& q̄ dat minimis Deo donat, spiritualiter Deo suauitatis
odorē sacrificat. In oratiōibus vero celebrādis inuenimus
obseruasse cū Daniele tres pueros, in fide fortes, & in capti-
uitate victores, horā terciā, sextā, nonā, sacramēto scilicet tri-
nitatis, quā in nouissimis tpibus manifestari debebat. Nā
& prima hora in terciā veniēs, cōsumatū numeꝝ trinitatis
ostēdit. Itēq; ad sextā quarta procedēs, declarat alterā tri-
nitatē. Et qñ à septima nona cōplet, p̄ ternas horas trinitas
p̄fecta numerat, quę horarū spacia iā pridē spūaliter deter-
minātes adoratores Dei, statutis & legitimis ad precē tpi-
bus seruiebant, & manifesta postmod̄ res ē, sacramentum
oli fuisse, qđ añ sic iusti precabant. Nā sup discipulos hora
tercia descēdit spūs sctūs, qđ grām dñicę re p̄missiōis imple-
uit. Itē Petrus hora sexta in tectū supius ascēdēs, signo pari-
ter & voce Dei monētis instructus ē, vt omēs ad grām salu-

Ooo in tis

tis admitteret, cū de emēdādis gētilibus añ dubitaret. Et
 dñs hora sexta crucifixus, ad nonā pctā nrā sanguie suo ab
 luit, & vt redimere & viuificare nos posset, tūc victoriā suā
 passiōe pfecit. Sed nobis fratres dilectissimi, p̄ter horas
 ātictus obseruatas orādi, nūc & spacia & sacramēta creue
 rūt. Nā & mane orād' ē, vt resurrectio dñi matutina orōne
 celebret, qd' olī spūs sctūs designabat in psalmis dicens.
 Rex meus & Deus meus, qm̄ ad te orabo dñe mane, & ex
 audies vocē meā, mane asistā tū & cōtēplabor te. Et itē p̄
 pphetā loq̄t dñs. Diluculo vigilabūt ad me dicētes, eam⁹
 & reuertamī ad dōinū deū nr̄m. Recedente itē sole, ac die
 cessāte, necessario rursū orand' ē. Nā q̄a Christus sol verus
 & dies verus ē, sole ac die seculi recedēte, qm̄ oramus & pe
 timus, vt sup nos lux denuo veniat Chri precamī aduentū,
 lucis æternę grām prebitur. Chri aut diē dictū, in psalmis
 declarat spūs sctūs. Lapis, inq̄t, quē re pbauerūt ædificātes,
 hic factus ē in caput āguli, à dño factus ē, & admirabilis in
 oculis nr̄is. Iste ē dies quē fecit dñs, ābulem⁹ & iocūdem⁹
 in eo. Itē qd' sol appellatus sit Malachim p̄pheta testat di
 cēs. Vobis aut q̄ timetis nomē dñi, oriet sol iusticiæ, & in a
 lijs eius curatio ē. Qd' si in scripturis sctis sol, verus & dies
 verus ē Chrius, hora nullā à Chriānis excipit, q̄ minus fre
 q̄nter ac sp̄ Deus debeat adorari, vt q̄ in Chri hoc ē in sole
 & in die vero sumus, insistamus p̄ totū diē precibus & ore
 mus, & qm̄ mundi lege decurrēs, vicibus alterius nox reso
 luta succedit, nullū de nocturnis tenebris esse orātib⁹ dā
 rī pōt. q̄a filijs lucis & nocte dies ē, Qm̄ em̄ sine lūine ē, cui
 lūmē in corde ē. Aut quō sol ei & dies nō est, cui sol & dies
 Christus

Psalm. 5.

Psalm. 17.

Malach. 4.

Chřus est: Qui aut in Chřo, hoc ē, in lumine sp̄ sumus, nec
noctibus ab oratiōe celsēmus. Sic Anna vidua sine inter-
missione rogās sp̄ & vigilās pseuerabat in p̄merēdo Deo,
sicut in Euāgelio scriptū ē. Nō recedebat, inqt, de tēplo, ier-
iunjs & oratioibz seruiēs nocte ac die. Viderit vel gētiles Luce. 2.
q̄ necdū illuminati sunt, vel Iudæi qui deserto lumine in te-
nebris remanserūt. Nos, fratres dilectissimi, qui in dñi lu-
ce sp̄ sumus, q̄ meminimus & tenemus, qd̄ esse accepta gr̄a
ceperimus, & cōputemus noctē p̄ die. Ambulare nos cre-
damus sp̄ in lūine, nō impediamr̄ a tenebris quas euasimus
nulla sint horis nocturnis pr̄cū damna, nulla oratiōnū pi-
gra & ignaua dispendia. Per diei indulgentiā recreati spiri-
tualiter & renati, imitemr̄ qd̄ futuri sumus, habituri in reg-
no sine interuentu noctis solū diē. Sic nocte quasi in lumis-
ne vigilemus, oraturi semp̄ & acturi gratias Deo: hic quoq̄
orare & gratias agere non desinamus. Hæc de spe di-
cta sufficiant: restant adhuc quæ de charitate deq̄ ex-
terno cultu dicenda sunt. Quoniam vero iustum
iam hoc volumen esse videmus, in alteram
eius operis partem referuabimus.

CRACCOVIAE.

In Officina Hæredum Marci Scharffenberger,
Ciuis ac Bibliopolæ Craccouien̄.

